Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1228
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



33

nostrer est. Quia in eo letabitur cor nos
trum: et in nomine sancto eius speramus.
Fiat misericordia tua domine super nos:
quemadmodum speramus in te.
Benedicam dominum in omni tempo
re: semper laus eius in ore meo. In
domino laudabitur anima mea: au
diant mansueti et letentur. Magnificate
dominum mecum: et exaltemus nomen eius
in idipsum. Exquisiui dominum: et exaudi
uit me: et ex omnibus tribulationibus me
is eripuit me. Accedite ad eum 7 illumi
namini: et facies uestre non confundentur.
Iste pauper clamauit: et dominus exau
diuit eum: et ex omnibus tribulationibus
eius saluauit eum. Immittit angelus do
mini in circuitu timentium eum: et eripi
et eos. Gustate et uidete quoniam suauis
est dominus: beatus uir qui sperat in eo.
Timete dominum omnes sancti eius: quo